

**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Svmmarivm Ex Baronio. Indicauerat Carolus Rex Adriano per Itherium & Manegarium Abbates, Saxones quosdam in paganismum relapsos esse, deq[ue] ijs, quid agendum esset, interrogauit. Respondit Adrianus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

reamini. Incolumem Excellentiam vestram gratia
superna custodiat.

S V M M A R I V M E X B A - R O N I O.

Indicauerat Carolus Rex Adriano per Itherium & Magenarium Abbates, Saxones quosdam in paganisum relapsos esse, de quibus quid agendum esset, interrogauit. Respondit Adrianus Papa post longam pœnitentiam illos ad consortium Ecclesia posse recipi.

LXXX.

Summ. 9.
Bar. &
Cent.

*indicere.

DO M N O excellentissimo filio nostroque spirituali compatri Carolo, Regi Francorum, & Langobardorum, atq; Patricio Romanorum, Adrianus Papa. Vestræ à Deo protecta regalis excellentiæ suscipientes Missos, scilicet Itherium & Magenarium, religiosos Abbates, sciscitati sunt nos interrogantes de Saxonibus, qui Christiani fuerunt, & ad paganisum reuersi sunt, qualem pœnitentiam eis sacerdotes* indicare debeant. Hoc prædecessorum nostrorum, sanctorum pontificum dudum decretum est, quod qui resipescentes, & ruinas suas cogitantes redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt, & iterum pœnitentiæ satisfactione purgentur que non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda sunt; & ideo excellentissime & à Deo protekte fili, oportet sacerdotes partibus illis pastoralem circumdare solleritatem atque Episcopalem induere vigilantiam, & in eorum arbitrio indicere pœnitentiam, considerantes piaculum, tam voluntatis quamque extra voluntatem coacti ad suum reuer-

reuerentes vomitum; & tunc canonica promere sententia, quatenus si veraciter reuersi in fide orthodoxa maluerint perseverare, promissuros se omnem adimplere Episcopalem prædicationem, indiculum orthodoxæ fidei exarantes, secundum olitanam patrum traditionem, vnum confitentes baptismum, sub iusu-rando pollicentes, fidem Christianitatis seruatuos; in gremio suscipientur, orthodoxæ fidei Ecclesiæ, ut copiosa merces vobis adscribatur in cœlis'. Incolument excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Item exemplar Epistolæ eiusdem Papæ, ad Domnum Carolum Regem directæ, in qua continentur gratiarum actiones seu benedictiones pro cruce, quam ei miserat, & deterritorio Populoniensi seu Rosellensi, ut Dominus Rex suos idoneos Missos dirigeret, qui sub integritate ipsas ciuitates cum suburbana earum ei contradere debuissent.

LXXXI.

DO M N O excellentissimo filio nostroque spirituali compatri Carolo, Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romano-rum, Adrianus Papa. Præcellentissimos atq; nitidissimos Deo dicata regalis præcelsæ scientiæ vestræ mel-lifluos suscepimus versos, quos referantes atq; singilla-tim relegendentes, eorū robur, cum nimio amplectimur amore, & procul dubio vestra credere dignetur regalis potestas, quia omnino sicut per eos innotuistis, à nobis in omnibus perficietur, testem enim inuoco Deū, cui seruio in spiritu meo, quod sine intermissione die noctuq; semper memoriā vestri facio in oratio-nibus meis obsecrans, tam pro vestra in triumphis re-gali victoria, & perpetua stabilitate, quamq; p sanctæ

summ. 8.
Bar. Eſ.
Cent.

m 2 memo-